



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

E satins

300

Vedi Combarot. Tomo VI. pag. 12.

Argusius Benjaminii Rome ¹⁵ Ban.


CJ
1281
B33

Appartenne alla
Libreria Sandi
ora di R. Buti

Battelli, Giovanni Cristoforo

EXPOSITIO
AUREI NUMISMATIS
HERACLIANI
EX MUSEO
SANCTISS. DOMINI NOSTRI
CLEMENTIS XI.
PONT. MAX.

ABBE. JO: CHRISTOPHORO BATTLELO AUTHORE.



ROMÆ, MDCCII. Typis, & Fusoria Cajetani Zenobii
apud Magnam CURIAM INNOCENTIANAM.

SUPERIORVM FACULTATE.

Bates
De Cuccio
6-24-1926
9194



MO MO
ILLUS. AC REV. DOMINO
ABB. ANNIBALI ALBANO
SACROS. BASILICÆ VATICANÆ
CANONICO
SANCTISS. DOMINI NOSTRI
CLEMENTIS XI.
PONT. MAX.
F R A T R I S F I L I O.

Jo: CHRISTOPHORUS BATTELLUS FELICITATEM.



UIRINALIS
hæc Disserta-
tio de Aureo Numismate Hera-
A 2 clii

ccli Imper., quam aggredior in
lucem edere, Te primum (Ill^m.
ac Rev^m. Domine) ultrò agno-
scit, & grato animo profitetur
autborem. Tu siquidem nobile
hoc antiquitatis monumentum,
undè profecta scribendi mate-
ria, Sanctissimi Patrui tui, ac
D. N. CLEMENTIS XI. PONT.
verè MAX. Cimelio largitus es:
Tu insuper illius dignitatem, &
pretium brevi quidem scripto,
sed erudito in primis, & luculen-
to explicandum suscepisti; undè
factum est, ut tuo excitatus ex-
emplo vestigiis, quæ prior Ipse
signaveras, morosiùs persequen-
dis, reique ipsi interpretatione,
& notis uberioribus illustrandæ
animum adjecerim. Jure ita-
quæ

què Tibi debetur Opusculi nuncupatio , quod , Te argumentum suppeditante , conceptum est , Te argumenti mysteria præmonstrante , compositum . Quin potius omnino tuam esse dixerim , quam Tibi venerabundus exhibeo , muneris , scriptique tui prolem : quandoquidem Romanis legibus cautum est , ut matrem fætus sequatur , & soli Domino cedat , quidquid superstruitur . Non equidem is ego sum , cum rei antiquariae Sacraea vix à limine salutarem , ut novi aliquid Tibi , aliisve eruditis afferre posse crediderim ; verumtamen , quæ brevitas Commentarioli tui reliqua mibi fecit , quæque ipse

A 3 pau-

paucorum dierum spatio , ac
subsecivis horis tumultuaria
propemodum collectione conges-
si , in publicum prodire facile
passus sum , ratus , qualiacum-
que ea sint , pro eximiâ , qua
me complectaris , bumanitate ,
Tibi baud injucunda futura .
Quod ubi me assequi contingat ,
consilium , votumque meum
prorsus implebitur , nec deinde ,
quid cæteri sentiant , arbitrabor
ad me magnoperè pertinere .
Cæterum ex vetere , & plane
domesticâ inclytæ Gentis tuæ
laude , ea in Te elucet vis , &
acumen ingenii , ea cum sacræ ,
tum profanæ eruditionis su-
pellex , ea demum , & (quod om-
nes jure mirentur) , in ipso æta-
tis

*tis flore judicij maturitas , at-
què præstantia , ut approbatio
tua meritò reliquorum omnium
sit conciliatura suffragium .
Porrò , qualemcumque fortu-
nam in publici judicij alea li-
bellus sortiatur , eà tandem fe-
licitate , & gloriâ , quæ mibi in
primis , ac unicè proposita est ,
à nemine certè fraudabitur ,
quod nempè summum meum in
Te obsequium , & addictissi-
mum studium ubique palam te-
statum faciet , ac ad omnem po-
steritatis memoriam amplissimè
propagabit .*

Imprimatur,

**Si videbitur Reverendiss. P. Mag. Sacri
Pal. Apost.**

*Dominicus de Zaulis Episc. Verulanus
Vicegerens.*



Imprimatur,

**Fr. Paulinus Bernardinius Ord. Prædic.
Sac. Apost. Pal. Mag.**



EXPOSITIO AUREI NUMISMATIS HERACLIANI.



AURITIO Cappa-
doce per milita-
rem seditionem
folio disturbato,
& mox occiso,
Phocas limitis

Scythiæ Præfектus, conciliato
sibi exercitu, cui præerat, Ro-
manum occupavit Imperium.
Indignâ amici Principis cœde
commotus Chosroes Persarum
Rex, qui pridem fraude suorum
re-

regno pulsus illud Mauritii ope,
 ac beneficio receperat, ut ob-
 truncati benefactoris necem ul-
 cisceretur, pacta cum Romanis
Niceph. lib.
18. cap 43.
 fœdera rupit, & Phocæ bellum
 indixit. Comparatis itaq;e in-
 gentibus copiis, iisque in Roma-
 nas provincias immisis, Arme-
 niam, Cappadociam, Galatiam,
 & Paphlagoniam brevi subegit;
 ditioni prætereà suæ Ægyptum,
 Phæniciam, & Syriam adjecit,
 prospero ubiq;e rerum succe-
 su; mox per Palestinam victori-
 a circumferens arma Hierosolymâ
 potitus est, ubi post editam
 barbarâ feritate plurimo-
 rum Christianorum luctuosissi-
 mam stragem, in venerabile li-
 gnum Dominicæ Crucis, quod
 jam

jam tūm à Constantini Magni temporibus summā religione in Urbe Sanctā colebatur , sacri- legas manus injecit , illudque , ut insigne partæ victoriæ trophæum , Ctesiphontem avexit . Spoliatis insuper passim templis , ac incensis , multisque Christianorum millibus in captivitatem abductis , omnia ferro , igne , depopulatione vastavit .

Intereà Phocas bello ignavus , rapinis deditus , adulteriis infamis , omnibus gravis , invisusque , conspiratione in eum per Priscum generum suum , Heraclonam Africę Prefectum , Zonar. in Phoca. ejusque filium Heraclium factā , Cedren. in co. dem. primū in vincula traditur : de-
indē

indè manibus, pedibusque truncatis, capiteque resecto Byzantii igne crematur.

Publico Civium odio Phocâ immolato , Romanum imperium , quod , tot acceptis cladi bus , solâ jam tanti nominis umbrâ constabat , Heraclio administrandum committitur . Is attritis Reipublicæ viribus , im prosperis sui principatus initiis , & Persarum potentia , secundâ que fortunâ deterritus , consilium belli quocumque pacto redimendi suscepit . Igitur legationem ad Chosroen decernit ,
Baron. in annal. anno. 617. qua ab eo quibusvis , etiam ini quis , conditionibus pacem exposceret . At barbarus Princeps ingenio ferox , victoriis elatus ,
 quo

quò cernit Romanum Imperatorem magis se demittere, eò se adversùs ipsum , omnemque Christianorum gentem insolentiùs extollit , nec veretur impiam illam pacis conditionem per legatos præscribere , qua vellet , si pacem Heraclius cuperet , ab ipso , omnibusque suis Christianam religionem deserí , & Solem Persarum Deum colí . Ità enim Legatis respondit: *Non parcam vobis , donec Crucifixum abnegetis, quem Deum esse fatemini, & adoretis Solem .*

*Auctor Mi-
sell. lib. 18.
an. 8. Heracl.*

Eiusmodi superbo, impioque responso Heraclius justissimâ percitus indignatione, simulquè Sanctæ Crucis ab hostili manu vindicandæ incensus desiderio ,

rur-

rursus belli aleam tentare con-
 stituit . Antequam verò Byzant-
 io in hostes moveret , venera-
 bilem Christi imaginem , cuius
 causam agebat , manu gestans
 coram universo exercitu , inter-
 positâ Sacramenti fide , profes-
 sus est se milites omnes filio-
 rum loco habiturum , & unà
 cum eis ad interitum usquè di-
 micaturum . Subinde majus
 templum ingressus , atfratus cal-
 ceos , Urbem , Liberosque Om-
 nipotentis Dei , ac Deiparæ Vir-
 ginis tutelæ humillimè com-
 mendavit , divinamque opem , ut
 suscepta expeditio feliciter ce-
 deret , enixis precibus , quibus
 lachrymæ miscebantur , obte-
 status est . Humilem hunc Prin-
 cipis

cipis cultum, religiosamque in
cœlesti auxilio fiduciam fausto
victorię omni adscribens Georgius
Pisidensis unus ex adstantibus,
itā orantem Heraclium
est alloquutus.

*Cedren. in
annal.*

*Nigrum, Imperator, nunc in-
dute calceum*

*Rubefacies tintum cruore
Persico.*

Nec auspiciū fefellit even-
tus. Nam Heraclius cœlesti ro-
boratus ope, ducto in Persas
exercitu, etsi viribus longè im-
par, insignes barbaris clades in-
tulit, omniumque præliorum
victor hostilem superbiam fre-
git, prostravitque. Tres Chos-
roæ Duces superati, totidem
florentissimi exercitus fusi, fu-
gati-

Cedren. &
Zonar. in He-
rach. gatique, amissa, Phocâ, ipsoque
 Heraclio imperantibus Roma-
 narum legionum signa recepta,
 urbes recuperatæ; &, quod il-
 lustrius est, translata in hostium
 fines arma, direptæ Persidis, &
 Mediæ provinciæ, eversæ urbes,
 exustum celeberrimum Ignis
 templum, ipsum quoquè famo-
 sum Chosroæ Simulachrum,
 quod specie Jovis fulminatoris
 Gazacotæ colebatur, incensum.
 Quibus præclaris Heraclii factis
 manifestè approbatum est, ut
Baron. in an-
nal. ann. 614. piè Cardin. Baronius advertit,
 Sanctam Domini Crucem divi-
 no consilio in Persidem fuisse
 traductam, ut scilicet dejectio-
 nem nefandorum Idolorum, &
 superbissimi Regis operaretur

ex-

excidium. *Sicut enim, qui in Cruce pependit, tunc vicit omnia, cùm victus, atquè mortuus visus est; ità planè, cùm à Chosroe capta, velutì se defendere nescia, Crux fuit inter hostium manubias collocata, tunc ipsa victorem vicit, & Christianum populum liberavit, atquè triumphans, debellatis penitus hostibus, divinâ potentia ad propria remeavit: ut longè id superet miracula illa, quæ Arca fæderis, cùm captiva ducta est, in terrâ Phœnorum olim edidit: etenim tunc, etsì afficti, non tamen victi ab Israelitis penitus sunt Phœnæi.* Hæc Baronius.

At Chosroes tot, tantisque suorum cœdibus, & Regni cl-

B dibus

dibus fractus , cùm Seleuciæ in morbum incidisset , Medarsem , seu Mardefam filium ex Syrâ prædilectâ conjuge natum regni successorem designat . Quod ubi comperit major natu filius Syroes , eam contumeliam ini- quiùs ferens , Chosrox necem molitur . Conspiratione igitur cum optimatibus initâ , imploratoque etiam Romanorum au- xilio , patrem , unâque fratrem fugam parantes intercipit , & in vincula conjectos , omnique af- fectos contumeliâ , postmodùm crudelitè necat . Ità Syroes Persarum Regno potitus Lega- tos ad Heraclium mittit , Chos- rox interitum nuncians , ac pa- cem petens ; quâ certis condi-
tio-

*Theophan &
Zonar.in He-
ract.*

tionibus impetratâ, subinde Romanos omnes captivos dimitit, & venerabile lignum Sanctissimæ Crucis (quæ fuerat conditionum præcipua) Imperatori restituit. Ergo Crux decimo quarto anno, postquam venerat in potestatem Persarum, recepta est, illudque planè admiratione dignum notatum fuit, impium hominem, qualis profectò Chosroes extitit, ad eum esse reveritum salutis nostræ trophæum, ut summâ religione, ac honorificentiâ in Perside custodiri mandaverit, nec umquam ausus fuerit ab ipsâ thecâ, quâ operiebatur, signaculum amovere, & clave aperire, ut vel illud inspiceret: in-

Suid. in He-
raci.
Addo in Mar-
tyrolog. 14.
Septembris.

tegrum siquidem , ac illæsum
signaculum eo planè modo ,
quo Hierosolymâ fuerat aspor-
tatum , inventum est .

Rebus ità in Oriente compo-
Baron. in av-
nal. an. 627.
sitis Heraclius Constantinopo-
lim reversus partas de Persis
victorias triumpho gloriosissi-
mo celebravit. Quot enim splen-
dida illi fuere præferenda tro-
phæa de liberato post septenna-
le bellum ab hoste gravissimo ;
qui jam Byzantii faucibus im-
minebat, universo Orientali Im-
perio , restitutâ publicâ liberta-
te , cœsis , profligatisve tot bar-
barorum copiis , vindicatis ab
Hæreticis Nestorianis Ecclesiis,
quas eis Rex impius , pulsis ubi-
què Catholicis , assignaverat ?

quot

quot insuper hostilibus spoliis ,
 ac imaginibus debellatas pro-
 vincias , captas urbes , direpta ,
 aut diruta castra , incensa Idolo-
 rum simulachra , & templa re-
 ferentibus exornanda fuit pom-
 pa triumphi ? Quot præterea
 decorari oportuit militaribus si-
 gnis , vel hosti erectis , vel ab
 ipso receptis ? Quorum tamen
 omnium fulgorem , & pretium
 longè superabat insigne Tro-
 phæum augustissimæ Crucis ,
 cuius divinâ virtute omnis ho-
 stium fortitudo confracta , ro-
 burque solutum fuerat , ac pe-
 nitùs dissipatum . Quod ut pre-
 clarè ostenderet pius Imperator ,
 dum triumphali curru sublimis
 duceretur . *Non lauream ma-*

B 3 m,

*Pompon.let. nu , sed lignum Crucis tenens, se
in compend. lætantibus populis spectandum
præbuit .*

*Sequente anno, qui fuit Æræ
Christianæ vigesimus octavus
post sexcentesimum, Heraclius
ipso veris initio, Constantino-
poli Hierosolymam profectus
est, Crucem Sanctam secum
advehens, ut eam in eundem
locum, undè à Persis abducta
fuerat, restitueret, suscepitque
vota persolveret. Itaque solem-
ni celebritate ipsam suis hume-
ris in montem, quo Salvator
eam tulerat, retulit. Quod fa-
ctum celebri miraculo illustra-
tum est. Nam Heraclius, ut
erat auro, & gemmis ornatus,
subsistere coactus est in portâ,*
quæ

quæ ad Calvariæ Montem du-
cebat: Quò enim magis progre-
di conabatur, eò magis occultâ
vi retineri videbatur. Cumquè
eà re ♂ ipse Heraclius, ♂ re-
liqui omnes obstupescerent, Za-
charias Hierosolymitanus An-
tistes: Vide, inquit, Imperator,
ne isto triumphali ornatu in
Cruce ferendâ parùm Jesu Chri-
sti paupertatem, ac bumilita-
tem imitere. Tùm Heraclius
abjecto amplissimo Vestitu, de-
tractisque Calceis, ac plebeio
amicū indutus reliquum via
facile confecit, ♂ in eodem Cal-
variæ loco Crucem statuit, undè
à Persis fuerat asportata. Qua-
propter Exaltationis S. Crucis
solemnitas, quæ pridem die

14. Septembris quotannis celebatur, bac ipsâ die illustrior baberi cœpit ob ejus rei memoriam, quod ibidem fuerit deposita ab Heraclio, ubi Salvatori

Brev. Rom in Offic. Exalt. S. Cruc. Sigebert. in Chron. Nic. ann. 631. Baron. in anal. ann. 628. Gretser. de Cruc. tom. 1. cap. 66. ex Breviario Romano, quibus similia prodidere Sigebertus, Baronius, & Gretserus.

Idem cap. 22. tom. 3. lib. 1. Occasione Persici Triumphi, sive potius, ut ex Baronio notat Gretserus, relatâ jam Hierosolymam Sanctâ Cruce, Heraclius quamplura percussit ex ære, argento, & auro numismata, partam de Persis victoriâ, Crucemque ab hostili manu receptam exprimentia, ut utriusque celeberrimi facti gloriam, famamque, priorum Cœ-

fa-

farum exemplo, toto Terrarum
Orbe diffunderet, & ad omnium
seculorum memoriam propa-
garet.

Tria ex his numismatibus
excudit Card. Baronius ; longè
plura edidere præ ceteris Li-
psijs, Gretserus, Hemmella-
rius, Du Cange, & novissimè
P. Pedrusius ex Museo Farne-
siano. Eademque ferè descri-
bunt Occo, ejusque restitutor
Mediobarba, ac Oiselius.

Pleraque ex ipsis numismati-
bus in anteriori parte exhibent
Imperatorem cum Stemmate
Cristato, vel gemmis ornato,
cui Crux infixa est, dexterâ
manu tenentem globum Crucis-
gerum, cum marginali Epigra-
phe :

Baron. an-
nat. ann. 627.

Lipsius de Cru-

ce lib. 3. c. 16.

Gretser. de

Cruce tom. 3.

cap. 22. lib. 1.

Hemmellar.

numism. Imp.

Rom. tab. 64.

Du Cange

bifl. Byzætin.

tab. 1. famil.

Heracl.

P. Pedrosi

Cesari in oro

del Museo

Farnes. tav.

28.

Occo, & Me-

diobarb. nu-

misin. Imper.

Rom. in He-

raci.

Oisel. Tab. 3.

Numism. ær-

tig. tab. 125.

phe : D. N. HERACLIUS P. P. A.
 In aliquibus cernitur addita pro-
 tome Heraclii filii , vel etiam
 Constantini alterius filii , cum
 inscriptione singulorum nomi-
 na referente .

In posteriori verò parte om-
 nia exhibit Crucem , plerum-
 què patibulatam , duobus , aut
 pluribus gradibus insistentem ,
 cum Epigraphe supernè positâ
 VICTORIA AUG. seù AUGG. infrà
 verò adsunt ut plurimùm literæ
 CONOB. , sive COM. , aut his si-
 miles .

*Lips.deCrucce
lib 3. cap. 16.
Oisel.thesaur.
numis. antiqu.
tab. 115.*

Aliud prætereà numisma æ-
 reum maximæ formæ propo-
 nunt Lipsius , & alii cum inscri-
 ptione partim græcâ , partim
 latinâ , in cuius anticâ parte
 cer-

cernitur effigies Heraclii coro-
 nâ radiatâ , & crucigerâ conspi-
 cui , vultum ad radios cœlo de-
 lapsos attollentis , barbâ spifsâ ,
 & oblongâ, quam utriusque ma-
 nus digitis permulcet , & ab imâ
 parte lunâ corniculatâ , sive cre-
 scente circumdatur, adscriptâ in
 medio nummo piâ precatione ,
 quasi ab ore Imperatoris prode-
 unte : ILLUMINA VULTUM TUUM
 Deus; cujus reliqua pars: SUPER
 TENEBRAS NOSTRAS MILITABOR
 IN GENTIBUS : Lunæ crescenti
 inscripta legitur . Circâ margi-
 nem verò nummi sequens Epi-
 graphè græcis literis exarata
 conspicitur .
 ΗΡΑΚΛΕΙΟC . EN . XΩ.
 ΤΩ. ΘΩ. ΠΙCTOC. BACI.
 KAI .

KAI.AYTO.ΡΩ. NIKHTHC.
KAI.NOMOΘETHC.AEI.
ΑΥΓΟΥCTOC.

ΑΠΟΛINIC. *Heraclius in
Cristo Deo fidelis, Rex, & Im-
perator Romanus, Victor, &
Legislator semper Augustus; ut
interpretatur Oiselius.*

In aversâ Numismatis parte
cernitur itidem Imperator He-
raclius cum simili coronâ radia-
tâ in capite, oblongâ togâ indu-
tus, currui triumphali aulæis,
& peripetasmatis ornato insi-
dens, Crucem lævâ tenens, à
trigâ equorum ab aurigâ cum
scuticâ in dexterâ manu recto-
rum devectus. In superiori
nummi parte quatuor Lampa-
des ardentes suspensæ visuntur.
Adest

Adest inscriptio latina circa marginem ex Psalmo 91. desumpta: SUPER ASPIDEM, ET BASILISCUM AMBULAVIT, ET CONCULCAVIT LEONEM, ET DRACONEM. In medio nummo extat sequens græca Epigraphe.

ΔΟΞΑ . EN . ΥΨΙCTOIC .
 ΧΩ . ΤΩ . ΘΩ . ΟΤΙ . ΔΙΕΡ-
 ΡΗΞΕ . ΣΙΔΗΡΑC . ΠΥ-
 ΛΑC . KAI . ΕΛΕΥΘΕΡΩ-
 ΚΕ † ΑΓΙΑΝ . BACI . HPA-
 ΚΛΕ .

*Gloria in excelsis Christo Deo,
 nam confregit ferreas portas, &
 liberavit Sanctum Regnum He-
 raclii ; eodem Oisilio Inter-
 prete.*

Nummum hunc , quo relata
 ab Heraclio de Persis victoria,
 &

& Persici triumphi pompa præclarè repræsentatur, nedum Lipsius, verùm etiam Joannes Cuspinianus, & alii eruditissimi Viri antiquum, genuinum, & curâ Heraclii, ejusque ævo cùsum opinati sunt. Verùm Oisilio, Patino, multisque aliis suspectâ omnind fide notatus est, & recentioribus seculis assignatus. Quod cùm alia multa, tùm duo in primis argumenta persuadere videntur; alterum est prolixitas barbæ, quâ Heraclius exprimitur; nam illius ævo Romani Imperatores barbam raderre consueverant. Cedrenus de Mauritio Imperatore: *Barbam Romano more tondebat*. Idem Cedrenus de hoc ipso Heraclio:
Fuit

Fuit Heraclius staturā mediocri &c. barbā latā, atquē prolixā: sed Imperator factus statim comam totundit, ac mentum rasit, qui est Imperatorum habitus: & hac ipsā specie, barbā scilicet rasā, proponitur in cæteris omnibus nummis certissimæ antiquitatis, & fidei. Alterum est ipsa expressarum imaginum elegantia, quæ feli- cius, cultiusque seculum, quam illud Heraclii fuerit, planè redolent. Idque prætereà evincitur ex ejusdem nummi collatione cum reliquis Heraclianis minimè suspectæ fidei, qui singuli rudi sanè artificio conflatī cer- nuntur, ut ea ferebant tempo- ra, quibus eximia illa Veterum ars

ars spirantia excudens æra defe-
 cerat. Cæterùm , ut ipsâ He-
 raclîi ætate cusus non sit , non
 tamen inter apocriphos , ac nu-
 per conflictos rejiciendum cen-
Gretser. de
Crucib. ubi ju-
pra cap. 23.
 semus , & probabilius cum Gret-
 sero arbitramur ex græcâ quâ-
 piam officinâ fuisse profectum ,
 & percussum curâ alicujus ex
 posterioribus Græcis Imperato-
 ribus , qui (ut omnes Crucis
 cultui addictissimi fuere) hoc
 edito honorario numismate in-
 signis illius Heraclianæ Victo-
 riæ , & augustissimi Crucis
 triumphi memoriam renovare
 voluerit .

Inter Heraclii numismata
 nulli obnoxia censuræ , meritò
 computatur illud ex auro purif-
 simo

fimo obryzo , cuius gratiâ hoc opusculum conscribendum suscepimus . Servatur hoc in Museo Sanctissimi D. N. CLEMENTIS XI. PONT. MAX., è quo illius ectypum hic exhibemus .



Hunc Nummum ex omnibus
Authoribus , quos hactenus vi-
C di-

Lipsius de Cruce lib. 3. cap. 16. dimus, unus edidit Lipsius, sed absque aureo circulo cum parvo annulo, quo præcinctus apparet.

Circulum hunc superindutum opinamur studio pii alicuius Viri, qui Nummum appensum penes se devotionis gratiâ gestare consueverit; & hinc si non certam, saltem valdè probabilem, atquè vehementem ducimus conjecturam, quod sit unum ex illis aureis Heraclii Numismatibus, quæ cum aliis multis aliorum antiquiorum Imperatorum, Sixto V. Pontif. Max. sedente, & Lateranense Palatium cum Basilicâ novis ædificiis exornante, in Aulæ Lateranensis parietinis, dum
ru-

rudera egerentur , inventa sunt,
 & memorantur in *Constitutio-*
ne 73. ejusdem Pontificis , cu-
 jus initium est : *Laudemus Vi-*
ros gloriosos &c. Narrat ibi
 Pontifex , quæ Romani Impera-
 tores , qui à Constantino ad
 Heraclium floruere , pro Chri-
 stianâ Religione tuendâ , & pro-
 paganda piè , ac præclarè gesse-
 rint , & quibus donariis , atquè
 muneribus Augustali pietate ,
 & magnificentiâ dignis Sacras
 Almæ Urbis Basilicas , & præci-
 puè Lateranensem sæpenume-
 rò cumulaverint , eorumque re-
 ligioni , & munificentiæ in pri-
 mis accepta refert eadem reper-
 ta Numismata , in quibus ex unâ
 parte salutiferæ Crucis signum ,

C 2 aut

aut imaginem aliquam ipsâ
 Cruce insignitam , ex alterâ
 verò imagines , vultusque eo-
 rumdem Augustorum Impera-
 torum , & præcipue Heraclii
 expressos fuisse commemorat .
Quibus ille cum videret rem
 Christianam ornari maximè , &
 illustrari , ac veterum Impera-
 torum eximiam ergà invictissi-
 mam Crucem pietatem , singu-
 laremque , & perpetuam in
 Sanctam Romanam Ecclesi-
 am devotionem luculentissimè
 comprobari , ad Reges , & Prin-
 cipes , aliosve præstantes in Ec-
 clefiâ Viros quædam ex iis Nu-
 mismatibus Ipse transmisit , il-
 lisque subindè ad Sanctissimæ
 Crucis honorem , & gloriosam

in-

inclitorum Imperatorum me-
moriā amplissimas, atquē per-
petuas Indulgentias, quæ in me-
moratâ Constitutione fusiūs ex-
plicantur, Apostolicâ authori-
tate decrevit. Quâ ratione huic
Heracliano Numismati pretium
longè augustius, quam reliquis
omnibus, comparatur.

Ceterū quod ad ipsius Nu-
mismatis explicationem attinet,
pars anterior repräsentat Impe-
ratorem cum stemmate crista-
to, cuius medio Crux infixā est,
tenentem dexterā manu signum
Crucis. Marginalis Epigraphe
legitur: DOMINUS NOSTER HE-
RACLIUS PERPETUUS AUGUSTUS.

Pars autem posterior exhibet
Crucem patibulatam, sive, ut

C 3 cla-

clariūs loquamur , per quatuor extreimas illius partes totidem transversis brachiis , quasi cruciculis decoratam , duobus insistentem gradibus : quā ferē specie in multis , nedum Heraclianæ familiæ , sed etiam Constantini Magni , aliorumque Imperatorum nummis crebrè occurrit . Marginalem inscriptionem legendam putamus : VICTORIA AUGUSTA ; quibus verbis clarè expressa conspicitur in reliquis nummis Heraclianis , etsì in hoc literæ , AUGUSTA ; sive ob Nummographi imperitiam , sive aliam ob causam minus rectè efformatae cernantur . Quod & animadvertisendum in ectypo excuso à Lipsio , apud quem in

no-

nostro Codice habentur literæ
 ΔVSNC nihil omnino meo
 judicio significantes. Infrà po-
 stremum Crucis gradum extant
 literæ CONOB, quarum ex-
 plicationem ad Opusculi cal-
 cem rejicimus.

Primum itaqùe in hoc Num-
 mo proponitur Heraclius caput
 redimitus stemmate, seu diade-
 mate cristato cum Cruce. Ve-
 teres Romanos Imperatores non
 alio capitis ornamento usos es-
 se, quam quernâ, vel frequen-
 tiùs laureâ coronâ, docent pas-
 sim antiqui Scriptores, & num-
 mi eâ specie signati. Ferendæ
 laureæ, quæ proprium erat
 triumphantium insigne, initium
 à Julio Cæfare profectum con-

C 4 stat,

Sueton. in Jul. Cæsar. cap. 45. stat, de quo hæc tradit Suetoni-

nius: *Calvitii deformitatem ini-*
quissimè tulit, sæpè obtrectato-
rum jocis obnoxiam expertus.
Ideoquè & deficientem capil-
lum revocare à vertice adsue-
verat, & ex omnibus decretis
sibi à Senatu, populoque hono-
ribus, non aliud aut recepit, aut
usurpavit libentiùs, quam jus
laureæ perpetuò gestandæ: quin
etiam, ut alibi memorat idem
Idem in cod. cap. 79.
Author: plebi Regem se salu-
tanti Cæsarem se, non Regem
esse respondit: & Lupercalibus
pro rostris à Consule Antonio
admotum sæpiùs capiti suo dia-
dema repulit, & in Capitolium
Jovi Opt. Max. misit. Omnia
primus Caius Caligula de su-
men-

mendo diademate, quod erat
splendida regiæ Nota frontis, &
de specie Principatus in Regni
formam convertendâ cogitavit; *Idem in Cali-*
verùm admonitus & Princi-
pum, & Regum se excessisse fa-
stigium, abstinuit. Hinc quo
maximè tempore eum in publi-
cum solemni, augustâque pom-
pâ prodire decebat, cùm scilicet
Bajano sinu, & Puteolanis mo-
libus immanis operis ponte con-
junctis, atquè adē Æmulatione
Xerxis contabulato mari, super-
jectoque aggere terreno, ac di-
recto in Appiæ viæ formam,
per ipsum pontem triumphan-
tis specie equis discurrit, quer-
nam coronam more majorum
gestasse traditur. De eo ita

Sue-

*Idem in eodē Suetonius: Per bunc pontem ub-
cap. 19.*

*trō citrō commeāvit biduo con-
tinenti. Primo die pbalerato
equo, insignisque quercicā coro-
nā, & securi, & cetrā, & gla-
dio, aureāque clamyde. Postri-
diē quadrigario babitu, curri-
culoque bijugi famosorum equo-
rum, præferens Darium pue-
rum ex Partborum obsidibus,
comitante Prætorianorum ag-
mine, & in effedis coborte ami-
corum. Usus nihilominis ali-
quandō est aureā coronā radia-
tā, postquam per summam va-
nitatem, ac impudentiam divi-
nam majestatem asserere sibi
cœpit, templumque Numini suo
sacrum, & Sacerdotes, & exco-
gitatissimas hostias instituit.*

Tali

Tali enim coronâ, ut divinitatis typo, priorum Cœsarum imagines post Apotheosim insigniri solebant, mutuatis à sole radiis, quibus consecrati, ut cœlestia numina, coruscare putabantur; propriè etenim soli, & illis, qui ab eo genus ducere credebantur, eam Coronæ spaciem Romana superstitione tribuebat: quod innuit Virgilius his Virg. Æneid.
lib. 12. versibus:

*ingenti mole Latinus
Quadrijugo vebitur curru, cui
tempora circum
Aurati bis sex radii fulgentia
cingunt,
Solis avi specimen.*

Hos autem solares radios ad duodecim Zodiaci signa, hoc est

est ad Herculis labores , mysticè Veteres referebant , ut significarent nonnisù maximis exantlatis laboribus , humanoque genere beneficiis devincto , aditum ad Cœlum patere , ut Occo interpretatur .

Caligulæ exemplum promiscuè secuti Domitianus , Caracalla , Pupienus , Carinus , & alii pauci aliquandò coronâ radiatâ usi sunt eâ tamen temperantiâ , & parcitate , ut minùs frequentes sint nummi , qui eorum capita radiatâ proponunt . Gestasse etiam traditur Domitianus auream coronam Numinum imaginibus insignem , sed absquè radiis . De eo Suetonius : *Sueton.in Domitian. c.4.* *in stadio , inquit , cursu etiam Vir-*

Virginis certamini presedit crepidatus, purpureaque amictus togâ, Germanicam capite gestans coronam auream cum effigie Jovis, ac Junonis, Mineræque, assidentibus Diali Sacerdote, & Collegio Flavialium pari habitu, nisi quod illorum coronis inerat & ipsius imago.

Commodus prætereà auream Dion. in Com:
modo. coronam Indicis lapillis distinctam tulit, & post eum Heliogabalus, seù Elagabalus, ut Lamprid. ix
Heliogab. Lampridius tradit, *uti voluit diademate gemmato, quò pulchrior fieret, & magis ad fæminarum vultum aptus, quo & Iesus est domi.* Hi tamen omnes eas coronas, seù diademata, non velutì summæ potestatis, ac Impe-

peratoriæ Majestatis insignia ,
sed potius ut speciosa capitis or-
namenta tulere , præcipue *in so-
lemni pompâ , insigni die , re
illustri , loco celeberrimo , &
conspicissimo* , adeoque eâ pro-
pemodùm ratione , quâ à cæte-
ris quoquè mortalibus aliquan-
dò usurpari consueverant , ut

*Paschal. de
Coron. lib. 9.
c. i. & 9.*

Primus igitur Aurelianus , ut
constantior opinio est , labante
*Item cap. 13.
cod. lib.
Giampin. vet.
monim. c. 14.*
jam Romani Imperii fortunâ , &
ab illo tam *excelso rerum fasti-
gio ad formam Regni , & qui-
dem undiquè laceri , inclinante ,
morem ferendi diadematis , ut
præcipuum insigne Imperatoriæ
dignitatis , induxit ; de eo itâ
P. Victor. in P. Victor : *Iste primus Diade-
ma**

ma capiti innexuit, gemmisque,
 & auratâ omni veste, quod ad-
 bùc ferè incognitum Romanis
 moribus videbatur, usus est.
 Sed exemplum ad sequutos
 Principes non transmisit, vel
 certè pauci admòdum imitati
 sunt, nam eorum capita laurea-
 ta passim in Nummis confaci-
 mus. Demùm sub Constantino
 Magno, ut advertit Spanhe-
 mius, loco laureæ receptus fuit
 solemnis, ac familiaris usus gem-
 mati diadematis. *Is enim babi-*
tum Regium gemmis, & caput
perpetuo diadematè exornavit;
 mansitque deinde ritus in cæte-
 ris, quotquot successere, Græ-
 cis Imperatoribus, qui diadema
 gemmatum, ut Imperatoriæ
 ma-

Spanhem. ac
prefstant. &
u/u Numism.
dissert. 8.

Vistor. in
Constantin.

majestatis peculiare , ac proprium insigne , constanter usurparunt . Non tamen omnes illius usui usquè adēd addicti fure , ut omnīd lauream abje-
rint; quin ipsum Constantinum , ejusque filios aliquandō laureā usos esse docent nummi , lapi-
des, & clari nominis Scriptores ,
quorum dicta expendit Gretse-
rus . Præterea nec ab omnibus
eadem admissa , ac usitata dia-
dematis forma : nam alii diade-
ma gemmatum , & plerumquè
duplici unionum ordine contex-
tum cum tœniâ , sive fasciâ cir-
cà occiput religatâ , pauci radia-
tum, nonnulli tandem cristatum
ferre confuerunt , ut ex anti-
quis nummis , & ex hoc potissi-
mūm

*Gretser. de
Crucib. lib. I.
cap. 5.*

mùm Heracliano colligitur.

Cristis idè ornatum Heraclii Diadema putamus, ut bellica Imperatoris virtus designaretur. *Cristis* etenim, præcipue rectis, atquè prælongis, quales sunt in nostro diademate, olim, ut etiamnum, eximii bellatores galeas ornare solebant, quòd iis momentum ad pugnam, & victoriam inesset, nam eo cultu: *vir duplo major appareat, & pulchra ea species fit, hostique formidolosa;* ut ex Polibio monet Lipsius. Hinc apud Virginium galea, quam Vulcanus, præter cætera arma, Æneæ fabricatus est, fingitur cristata.

*Lips. de milit.
Rom. lib. 3.
dialog. 5.*

*Virg. Aeneid.
lib. 8.* *Miraturque, interquæ manus,
Et bracia versat
Terribilem Cristis galeam ,
flammasque vomentem .*

Ibidem lib. 9. *Et alibi de Turni casside idem
Author.*

*tremunt in vertice Cristæ
Sanguineæ .*

*Ac rursus de Cristis inter hosti-
lia spolia suspensis in Regiâ La-
tini .*

Lib. 10. *Multaque præterea sacris in
postibus arma ,
Captivi pendent currus , cur-
væque secures ,
Et Cristæ capitum .*

*Alii aliarum volucrum pennis
galeas ornabant . Pavonis ta-
men pennæ , quæ regia avis , &
Junonia dicebatur , nonnisi in*

Re-

Regum , & Principum usu fue-
re, ut opinatur Lipsius. Id ipsum Lipſ. ubi pro-
ximi.
indicat Claudianus , qui Hono-
rio suo galeam his pennis deco-
ratam attribuit .

Quod picturatas galeæ Juno- Claudian. de
6. Consulat.
Honor.
nia Criftas

Ornet avis.

Et scriptor Panegyrici ad Ma-
ximiānum : *Offert tibi etiam*
tum puero galeam auro , gem-
misque diſtinctam , & pennis
pulcbræ alitis eminentem ; cui
lux à Claudiano .

Hoc itaquè militari cultu ma-
ximè decuit ornari Heraclii Dia-
dema , qui bellicâ laude incly-
tus , tot præclaras de Persis vi-
ctorias retulit , & de iis glorio-
fissimè triumphavit .

D . 2 He-

Heraclii Diademati infixum est, ut vidimus, *Signum Crucis*. Pium hunc morem ferendi in diademate *Signum Crucis* Constantinus Magnus primus invexit, ut cum Lipsio opinatur Gretser. de Cruce lib. 2. cap. 52. Gretserus, quod & innuisse videtur S. Ambrosius in Oratione de obitu Theodos. Imper. ubi hæc ait: *Sapiens Helena Crucem in capita Regum levavit, ut Crux Christi in Regibus adoretur. Non insolentia ista, sed pietas est, cum defertur sacræ redēptioni*: & Constantini exemplum secuti cæteri Imperatores ad nostra usquè tempora traduxere. Eumdem veterum Principum usum testatur

S. August. in Psalm. 54. S. Augustinus, his verbis: *Jam in*

*in fronte Regum Crux illa fixa
est , cui inimici insultaverunt ;
ac id ipsum præclarè confirmat
S. Hieronymus , dum ait : Re-
gum purpuras, & ardentes dia-
dematum gemmas patibuli Sal-
vatoris pictura condecorat .*

*S. Hieron.
epist. ad Lc.
tam.*

Idem Constantinus Magnus
Crucis eximius , ac religiosissi-
mus cultor, cuius felici præsidio
de Romani Imperii hostibus
triumphavit , nedum in augu-
sto Diademate, sed & in labaro,
scutis , & galeis militum gestari
signum Crucis , & Christi no-
men instituit ; undè Prudentius
*Prudent. lib.
1. contr. Sym-
mach.*
de illius contrà Maxentium ex-
ercitu hæc cecinit .

*Christus purpureo gemmanti
textus in auro*

D 3

Si-

*Signabat labarum, clypearum
in signia Christus
Scripserat, ardebat summis
Crux addita Cristis.*

Quin etiam globo , seu pilæ ,
quod est antiquissimum Imperatorum insigne , ab ipso Augu-
Isidor. lib. 17. stio institutum , ut notat Isidorus , ad designandum universi Orbis imperium , Constantinus omnium primus Crucem adje-
cit , & superimposuit . Id præ
Niceph. lib.
17. cap. 49. cæteris testatur Nicephorus ,
cum ait : *Constantinum pomo ,*
seu globo suæ statuæ super addi-
Baron. In an-
nal. ann. 325. *disse Crueem . Quo triumphali*
signo terrarum orbi superimpo-
sito significare voluit Crucis Christi gloriam universum per-
vassisse orbem , eumque , velut
do- ,

domitum, Deo, ac Romano Imperio subjecisse . Idque Symbolum posteà, ac etiamnùm, Christiani Imperatores pro stemma-
 & capite Imperii, & Monarchiæ terrarum usurpare institerunt , per Crucem , & Christum redempto orbi se imperare profefsi ; & hac specie signatæ eorumdem Imperatorum imagines passim spectantur in vetustis , atquè etiam recentioribus nummis . Antiquum hunc modum , eamdemque rationem egregiè comprobat Suidas in Justiniano : *Justinianus* , inquit , *imaginem suam posuit super columnam in equo . Ea sinistrâ manu fert globum , Cruce in eo*

*Hemmilar.
Numism. Imper. tab. 59.*

D 4 in-

infixâ: significante, quod per fidem in Crucem terræ Dominus sit factus. Globus enim terra est ob banc ejus rotundam formam; fides autem Crux ob Deum, qui carne in eâ affixus. Cæterùm non tantùm Crucem Imperatorio globo impositam, sed aliquandò solam Crucem absque globo Imperatores gestare solebant; cuius moris origo itidem referenda videtur ad Constantimum Magnum, qui primus Romæ in urbe mediâ sibi erigendam curavit statuam, dextrâ manu hoc salutare signum tenentem cum inscriptione, quam apud Eusebium, qui *Eusebius de Vita Constant. lib. i. cap. 23.* volet, leget. Et exemplum sequi Principes Byzantini nedum

dum suas imagines hoc modo
formatas in nummis pluriēs ex-
presserunt , ut cernimus in isto
Heracliano , & in aliis multis ;
verūm etiam solemnem indu-
xere morem, ut quotiescumquè
in publicum Imperatoriā pom-
pā prodirent , Crucem loco sce-
ptri suāpte manu deferrent ;
quod testatur Joannes Europa-
lates his verbis, Lipsio Interpre-
te : *è reliquis gestaminibus ge-
stat Imperator , quæ voluerit
cumque : Crucem autem dexte-
rā semper gestat : atquè infrā :*
*Et dexterā quidem manu tenet
Crucem, sicut solemne est teneri
ab Imperatore, quoties & stem-
ma fert : idest diadema .*

*Curopalates
Lib. de Offic.
Aul. Confla-
tinop.*

Inscribitur Heraclius , ut an-
tē

tè explicavimus, Dominus No-
STER. Splendidam hanc Domi-
ni appellationem Augustus,
Suet. in Au-
gusto cap. 53. Suetonio teste; *ut maledictum,*
¶ opprobrium semper exbor-
ruit. Cum spectante eo ludos
pronuntiatum esset à Mimo: ò
Dominum æquum, ¶ bonum:
¶ universi, quasi de ipso di-
ctum, exultantes comprobaf-
sent, statim manu, vultuque
indecoras adulaciones repressit,
¶ insequenti die gravissimè
corripuit edicto, Dominumque
se postbac appellari ne à liberis
quidem, aut Nepotibus suis, vel
Dion. in Ti-
ber. *seriò, vel joco passus. Tiberius*
itidem hunc titulum eadem mo-
destiâ rejicit, professus se domi-
num esse servorum, Imperato-
rem

rem militum, aliorum Princi-
pem; ac, ut Suetonius memo-
rat: Dominus appellatus à quo-
dam denuntiavit, ne se amplius
contumeliae causâ nominaret.
 Pari moderatione usi Nerva,
 Trajanus, & alii melioris notæ
 Imperatores, quos inter Ale-
 xander Severus: *Dominum se* Lamprid. in Alex. Sever.
vocari vetuit; quod nempè, ut
ajebat ille, non servis, sed libe-
ris hominibus imperaret. Pri-
 mus Caligula, & deindè Domi-
 tianus non tantùm Dominos,
 sed, & Deos se dici voluerunt.
 Uterque tamen ab ære, aliisve
 publicis monumentis eâ appel-
 latione inter alia Principatus Bulenger. de Rom. Imper. lib.6. cap.36.
 vocabula signandis abstinuit,
Spanhem. de præstant. & usu numism. diss. 8.
 veritus forsàn populi Romani
 in-

*Spanhem. ubi
proximè.*
 invidiam, qui recenti adhuc libertatis memoriâ aversari posse videbatur notam hanc publicæ servitutis. Primus itaque ^{spanhem. ubi proximè.} hujus moris author occurrit Aurelianus, cuius apud Spanhemium, & Savotum ab eo allegatum duo proponuntur nummi inscripti: Dœo, ac DOMINO NOSTRO; sed parcior adhuc hujus tituli usus, quod arguunt obvii nummi ejusdem ævi. Carus tandem sibi palam adscivit, siisque nummis frequentius adscripsit, ut ad eum passim deinde recepti tūm in nummis, tūm in aliis publicis monumentis vocabuli consuetudo referri omnino debeat. Hinc etiam à Successore ejus Diocletiano eadem usurpata

usurpata appellatio , & retenta
ab insequentibus Principibus ,
quorum nummi frequentissimi
occurrunt cum Epigraphe:D.N.
vel D. D. N. N. DOMINUS Nos-
TER , vel DOMINI NOSTRI . Ab
eo tamen prænomine abstinuit
Julianus Apostata , qui illud , ut
invidiosum , à se fuisse proscri-
ptum , & propemodùm è medio
sublatum , gloriatur in Misopo-
gone,idque probant illius Num-
mi , qui sine usitato eâ ætate
D. N. titulo , ità inscripti cer-
nuntur : IMPER. JULIAN. seù FL.
CL. JULIANUS . Sed non obtinuit ,
ut ejus exemplum æmularentur
successores , à quibus illa Domi-
ni appellatio nedum in Num-
mis constanter retenta , ut ex
hoc

hoc Heracliano , & aliis obviis
liquet , verūm etiam consuetæ
salutationis formulæ , Constitutionibus ,
Edictisque publicis pa-
lam præfixa , quod ex Symma-
cho , Sidonio , Codice Theodo-
siano , aliisque antiquis monu-
mentis satis notum .

Præterea Heraclius inscribi-
tur : *Perpetuus Augustus* . Au-
gusti appellationem , deferente
Senatu , primus assumpsit Octa-
vius Augustus ex Munatii Plan-
ci sententiâ , qui , aliis opinanti-
bus eum Romulum appellari
oportere , quasi alterum condi-
torem Urbis , censuit , ut Augu-
stus potiùs vocaretur , non tan-
tum novo , sed etiam sanctiore
cognomine , quod loca religio-
fa ,

sa, & in quibus augurato quid
consecrabatur, augusta diceren-
tur. Hæc ferè Suetonius. Ea-
dem de religiosâ nominis signi-
ficatione prodit Ovidius his
versibus.

*Suetonius in
Augus. cap. 8.*

*Sancta vocant augusta patres,
augusta vocantur
Templa Sacerdotum ritè di-
cata manu.*

Hoc itaque cognomentum,
quod anteà nemo sibi arrogave-
rat, idè authoritate Senatus
Octavio delatum est, ut per il-
lud, quasì consecratus, palam
haberetur, cæterisque mortali-
bus, præter Principatus maje-
statem, tituli quoquè religione
facer, ac venerabilis esset. Eam
deinde appellationem Octavius,

*Appian. lib.
1. bell. civil.*

Im-

Imperio feliciter administrato ,
rebusque præclarè gestis ad eò
illustravit , ornavitque , ut &
illam omninò suam sibi fecerit ,
& ad cæteros omnes Imperato-
res ad nostra usquè tempora , ut
præcipuam supremi fastigii no-
menclaturam , faustique ominis
notam , transmiserit . Parciùs
quidem eâ usus Tiberius , qui ,

*Sueton.in Ti-
ber. cap.26.*

Suetonio authore : *Augusti no-
men , licet bæreditarium , sul-
lis , nisì ad Reges , aut Dyna-
stas Epistolis , addidit ; nihilo-
minùs adhuc in pluribus num-
mis , præsertim aureis , eo titu-
lo inscriptus appetet , ut obser-
vat Spanhemius : Vitellius iti-
tellio cap. 8. *cognomen
Germanici delatum ab univer-
sis**

*Spanhem. ubi
suprà.*

*Sueton.in Vi-
tellio cap. 8.*

sis cupidè recepit, Augusti distulit, Cæsar is in perpetuum repudiavit; verùm non longam ejus rei moram agnoscas ex illius nummis, qui promiscuè, & sine Augusti titulo, & eodem signati spectantur. Cæterū primus hic fuit honoris gradus electis Principibus à Senatu tribui solitus, eumque Imperatores omnes, etiam Græci, nedum omni ævo constanter usurparunt, sed suis etiam Uxoribus, Liberisque sæpenumerò detulere, quod lapides, nummi, ac Historiæ Augustæ Scriptores passim ostendunt.

In adversâ Heracliani Numismatis parte *Crux patibulata* Gretser. de Cruci lib. 1. cap. 2. conspicitur. Primus, qui Cru-

E cis

cis honorandæ , ac illustrandæ
 gratiâ nummis hoc salutare si-
 gnum indiderit , Constantinus
 Magnus fuit ; licet enim antè
 ipsum Galienus , & Romulus
 Augustus Maxentii filius binos
 nummos Cruce signatos edidisse
 dicantur , aliâ tamen mente
 Ethnico Principes id fecisse
 compertum est , ut notat Gret-
 serus , nec certè hodiè habemus
 numismata crucigera imperio
 Constantini antiquiora . Is ita-
 què , ut Romanorum Imperato-
 rum primus Christianam pro-
 fessus est fidem , ità etiam om-
 nium primus suam imaginem ,
seù nummis expressam , seù de-
pictam in tabulis jussit semper
divino quoque S. Crucis signo
in-

*Gretser. ubi
 proxime.*

*inscribi, consignarique, cuius
rei etiamnum testimonio sunt
imagines ejus bac figurâ descri-
ptæ: Ità Sozomenus. Constan-*

*Sozomen. lib.
1. cap. 8.*

*tinum imitati, qui successere,
Imperatores pluries triumpha-
li Redemptoris nostri vexillo
nummos obsignarunt. Eorum
itaquè exemplo Heraclius Num-
mum hunc Cruce signatum
percussit in memoriam, cultum-
que, ut alibi tradidimus, ipsius
augustissimæ Crucis, quam ab
hostili Persarum manu rece-
ptam eodem loco, quo Salvator
eam in Passione suâ tulerat, suis
ipse manibus restituerat:*

*Habet eadem Crux in angu-
lis, vel extremis partibus qua-
tuor brachia transversa literam*

E 2 Tau

Tau Græcorum, atquè etiam veterum Hebræorum, sive Latinorum referentia, quâ palam est Crucem intelligi. Ter-

*Tertull. ad-
verf. Marci. lib. 3.*

*Isidor. de voc.
gent. c. 25.*

*Hieronym. in
Ezech. cap. 9.*

*Lipſius de
Cruce lib. 1.
cap. 8.*

*Gretſer. de
Cruce lib. 1.
cap. 1.*

Tau Græcorum, atquè etiam veterum Hebræorum, sive Latinorum referentia, quâ palam est Crucem intelligi. Tertullianus: *Ipsa enim litera Græcorum Tau, nostra autem T species Crucis.* Isidorus: *Tau litera species Crucis demonstrat.* Hieronymus: *Antiquis Hebræorum literis, quibus usque bodiè Samaritæ utuntur, extrema Tau Crucis babet similitudinem.* Eam autem Crucem Lipsius, & Gretserus commissam appellant, fitque, ut Gretserus describit; *cum ligno erecto brevius alterum supernè, & in ipso vertice transversim committitur, ita ut nihil omnino supereminat.* Non in hac Crucis

cis specie, sed in aliâ, quam immissam vocant, Salvatorem nostrum mortem subiisse, sive potius superasse, iidem Authores luculenter ostendunt; Idcirkò *Gretser. &
Lipfius ubi
proxime.*

quatuor istas cruciculas magnæ Cruci Heracliani Nummi, atque etiam aliorum Imperatorum adjectas fuisse crediderim ad ornatum potius, quam ad aliquod denotandum mysterium. Quod si mysterio minime caruisse dixerimus, forte designare possent consonam quatuor Euangelistarum de Christi Cruce, & passione historiam, eamque per quatuor orbis partes feliciter propagatam. Quibus consimilia prodidere plerique SS. Patrum à Grettero re-

E 3 lati,

lati , dum Dominicam Crucem
ideò quatuor fines , sèù terminos habuisse interpretati sunt ,
ut significaretur per quatuor orbis plagas , atquè adeò universum mundum Crucis gloriam ,
simulque Crucifixi legem diffusum iri . Id ipsum explicavit

Sedul. lib. 3. Sedulius his versibus .

*Nevè quis ignoret speciem
Crucis esse colendam ,*

*Quę Dominum portavit ovans
ratione potenti .*

*Quatuor indè plagas quadrati
colligit orbis .*

*Splendidus autboris de verti-
ce fulget Eous .*

*Occiduo sacræ lambuntur si-
dere plantæ .*

Ar-

*Arcton dextra tenet, medium
læva erigit Axem.*

Et alibi idem Sedulius solutâ oratione: *Ut bic nullus animo peregrinetur ignaro, Crucis spe- ciem causam venerationis ostendere, quæ Dominum meruit adoranda portare, per quatuor eam plagas orbis extendi prudenti quisque debet ratione colligere. Caput enim Christi distentis in Crucem membris expositi Axis oriens accepit. Occiduus autem limes plantis arsisit. Arcturus dextrâ claruit. Medius lævâ refulsit. Cunctaque prorsus mundi substantia Creatoris corpore jucundata Crucis in se lineam rectis, obliquisque limitibus demonstravit*

E 4 im-

*impletam, quam primæ lucis
ab origine cernitur consequuta.*

Hac ipsâ patibulatæ Crucis formâ, & charactere Hierosolyma olim usâ pro insignibus, & forsan omnium prima, repeatitur: cumque brachia hujus figuræ transversa literam H, stipes autem erectus, & medius I formet, his, literis principium sui nominis, ac ipsius Domini Jesu exprimere visa est. *Invenit itaque ipsa*, ut notat Hemmelarius, *argutum emblema*, *quo ♂ proprium nomen compendiosè signaret*, literis aureis in campo, ut vocant, rubro id referentibus; ♂, praeter Salvatoris nomen, Crucis pariter ipsius formam cum titulo suo su-

*Hemmelarius
Numif. Imp.
tab. ultim.*

*Superne affixo ob oculos poneret:
lucentem quidem eam, ac ruti-
lantem (quod auro significatur)
¶ in area rubra, idest loco, ac
solo Sanguine Domini resperso,
defixam. Cujus adorandæ Cru-
cis pignore, ¶ redemptionis no-
stræ in eâ consummatæ gloriæ
bæc Urbs sanctam se peculiari-
ter, ¶ venerabilem Christianis
semper omnibus præbuit. Hæc
Hemmarius.*

Marginali Epigraphe : VI-
CTORIA AUGUSTA; quâ in eâdem
adversâ Nummi Heracliani par-
te Crux coronatur, nihil sanè
frequentius tum in antiquis,
tum in recentioribus Imperato-
rum nummis occurrit. Solem-
ne apud Ethnicos fuit Victoriæ
no-

nomen . Eam , ut Deam coro-
nas in præliis , & triumphos lar-
gientem summâ religione co-
luere . Templa quoquè , & si-
mulachra illius Numini dedica-
runt , eâque nummos , quos Vi-
ctoriatos appellabant , crebrò
signarunt specie puellæ alatæ ,
Prudent.lib.
2 contrâ Sym-
mach. quam Prudentius , milites ejus
opem in acie expetentes irri-
dens , ità describit .

*Quid miles , propriis diffusus
viribus , optas
Irrita fæmineæ tibimet solatia
formæ ?
Nunquam pennigeram legio
ferrata puellam
Vidit, anbelantum regeret quæ
tela virorum .*

Vin-

*Vincendi quæris dominam?
sua dextra cuique est,
Et Deus omnipotens; non pe-
xo crine virago,
Nec nudo suspensa pede, stro-
phioque recincta,
Nec tumidas fluitante sinu ve-
stita papillas.*

*Nec dissimili formâ eam fingit
Claudianus his versibus:*

*Claudian. de
laudib. Stili-
con. lib. 3.*

quam certa fuere

*Gaudia, cum totis exsurgens
ardua pennis
Ipsa Duci sacras Victoria pan-
deret Ædes,
Et palmâ viridi gaudens, &
amicâ tropbæis,
Custos imperii Virgo.*

*Celebris Romæ fuit in Curiâ Nardin. Rom.
Juliâ Ara Victoriæ, ad quam ant. lib. 5.
Se-*

Senatus in leges , & verba Principis jurare consueverat . De eâ tollendâ diù , multumque inter Christianos , & Ethnicos certatum est . Sustulit tandem Gratianus Imperator : quod molesto animo ferentibus Ethnicis , Symmachus Urbis Præfectus , Senatus nomine , acerrimè contendit restitui sub Valentiniano , Theodosio , & Arcadio Augustis , quos eximiâ , quâ pollebat , dicendi arte , his potissimum argumentis in suam sententiam trahere nixus est . *Quis itâ familiaris est barbaris , ut aram Victoriae non requirat ? Cauti in posterum sumus , & tristium rerum ostenta vitamus . Reddatur saltem nomini bonor , qui*

Symmachus
ep. 54. lib. 10.

qui Numinis denegatus est. Multa Victoriae debet æternitas vestra, & adhuc plura debebit. Aversentur hanc potestatem, quibus nihil profuit. Vos amicum triumphis patrocinium nolite deserere. Cunctis potentia ista votiva est. Nemo colendam neget, quam profitetur optandum. At contrà obnitens pari eloquentiâ, causâ melior, S. Ambrosius omnes Symmachi conatus irritos fecit. Quod factum Ennodius Ticinensis hoc eleganti disticho celebravit.

*S. Ambrosius
lib. 5. ep. 30.
§ 31.*

Dicendi palmam Victoria tollit amico,

Transit ad Ambronium: plus favet ira Deæ.

Constantinus Magnus Christia-

Christianis sacris initiatus , cum Ur-
 bem impio Idolorum cultu pur-
 garet , de evertendâ quoque in-
 signi Victoriæ Arâ cogitavit ;
 verùm id passi non sunt , qui in
 Senatu Romano erant Gentiles ,
 eâque pertinaciâ , atquè con-
 stantiâ pii Imperatoris consilio
 obstatere , ut sine gravi tumultu
 res confici non posse videretur .
 Abstinuit itaque Constantinus
 à vi ; Cæterūm , quod suam pro-
 meret de Victoriâ sententiam ,
 hanc scilicet non Deæ idolum ,
 sed Dei donum esse , ac univer-
 so ediceret orbi se Crucis virtu-
 ti acceptas referre victorias ,
 ductosque de hostibus Romani
 Imperii triumphos , in nummis ,
 aliisque publicis monumentis
 ima-

imaginem Victoriæ , superiorum quidem Principum more , expressit , sed Crucis Signum præferentis . Quo facto & Gentilium damnavit Victoriam , & præclarè significavit illam esse , quod est , Crucifixi munus , ac beneficium . Pium Constantini exemplum Christiani Imperatores secuti , confecto feliciter bello , partâque de hostibus victoriâ , pluries deindè nummos , qui spectantur , edidere non modò Victoriæ imagine cum Cruce , sed etiam Cruce tantùm absquè Victoriâ aliquandò signatos , ut hic noster Heraclianus .

Multi præterea Christiani Principes , ut luculentiori significa-

ficatione testarentur se Christi ,
 & Crucis virtute de hostibus
 victoriam adeptos , aliquandò
 ipsas laureas , triumphale capi-
 tis ornamentum , Cruce deco-
 rarunt , vel inscripto in ipsius
 laureæ orbe Christi nomine , &
 Cruce per literas X, & P ; cuius-
 modi lauream prægrandem ex-
 hibuit Baronius , & alteram mi-
 norem Imper. Valentiniani pro-
 didit Lipsius : vel Cruce me-
 dio serto inclusâ , qualem lau-
 ream repræsentat apud eum-
 dem Lipsium antiquus nummus
 ejusdem Principis ; vel demùm
 duabus palmis contextis , super-
 nè tamen disjunctis , Cruce in-
 fertâ , cuiusmodi sertum habet
 vetus nummus Imper. Zenonis.

Baron. ann.
Lipf. de Cruce
cap. 15. &c. 16.

Gretser. de
Cruce lib. 2.
cap. 52.

Li-

Literæ demum CONOB huic Heracliano Nummo inscriptæ , & in aliis Crucigeris obvię, quid sibi velint , disputatur ab Anti-quariis .

Antonius Augustinus signi-ficare censuit CONSTANTINOPO-LI OBRYZUM , seù OBRYZATUM . Et quamvis nihil alleget , quo sua confirmetur opinio , tamen illi probabilitas vel indè conciliari potest, quod obryzati nummi sæpiùs memorantur in legibus Imperialibus, præcipue Gratiiani , Valentiniani , & Theodosii . Duo tamen , ut eruditè ob-servat Gretserus , Augustini sen-tentiæ adversantur . Primum est , quod hæ literæ in nummis varient : plures enim habent

F Co-

*Augustin. delle
Medaglie
Dialog. 7.*

*L. 3. C. de ret.
Numis in po-
test.*

*L. unic. C. de
oblat vot.
Gretser. de
Cruce lib. 2.
cap. 56.*

Comob, & Consp, & Convo.
 quas referre non possis ad CONSTANTINOPOLI OBRYZATUM; nisi forte velis Comob ita interpretari: CONSTANTINOPOLITANA MONETA OBRYZATA; & illud Consp hoc modo: CONSTANTINOPOLITANA PUBLICA *Moneta* scilicet. Alterum est, quod hæ ipsæ literæ Conob reperiuntur nedum in nummis aureis, sed etiam in argenteis, imd & æreis, ut vidisse plurimos probæ notæ testatur Gretserus, & notat etiam Schottus in versione latinâ Dialogorum Augustini. At argentei, & ærei nummi quomodo obryzati censendi sunt? aurum enim tantum dicitur obryzatum: quinim obryzum di-

Gretser. ubi
proxime.

dicitur aurum purum , quod sē-
pē igne cāndefactū , & exu-
stum, atquē adēd purgatum est,
ut nihil habeat alterius metalli
admixtū . Hinc Plinius: *auri-* Plin. Histor.
nat. lib. 33.
que experimento ignis est, ut cap. 3.
simili colore rubeat, quo *ignis*,
atque ipsum obryzum vocant.
Et de Nerone pecuniam in ex-
peditionem Gallicam conqui-
rente narrat Suetonius: *Partem* Sueton. in
Neron. c 44.
etiam censū omnes ordines con-
ferrē jussit, & *insuper inquili-*
nos privatārum aedium, atquē
insularum pensionem annuam
repræsentare fisco. *Exegitque*
ingenti fastidio, & *acerbitate*
nummūm asperum, *argentūm*
pustulatum, *aurūm obryzum*;
quo loco Beroaldus, & alii no-

tant à Nerone aurum purissimum exquisitum esse.

Cedrenus à Gretsero citatus sic interpretatur: *in Victoriatis Numismatis literæ CONVO* hoc designant: CIVITATES OMNES NOSTRÆ VENERATIONI OBEDIANT. Literæ autem CONO, vel CONOB eâdem interpretatione: CIVITATES OMNES NOBIS OBEDIANT; Item COMOB idest: CIVITATES OMNES MAJESTATI OBEDIANT. Et illud CONS P idest: CIVITATES OMNES NOBIS SUBDITÆ PARREANT.

Gretser. ubi proxime. Alii literas CONOB explicant: CONSTANTINO OBLATUM: ex animadversione, quod hæ literæ iis tantum nummis inscriptæ sint, in quibus Crux cernitur, quæ

quæ divinitus Constantino ob-
lata fuit. Putant enim in Cru-
cis honorem successores Con-
stantini hoc Divinum benefi-
cium memoriæ æternæ conse-
cratum voluisse, expressis lite-
ris, quæ illud repræsentarent.
Sic etiam facilè explices illud
СОМОВ idest : **CONSTANTINO**
MAGNO, **OBLATUM** : & illud
CONS P idest : **CONSTANTINO**
PRINCIPI.

Plures denique literas Co-
nob explicant: **CONSTANTINO-**
POLI OBSIGNATA: supple *Pecu-*
nia, sive *Moneta*. Ità expositæ
reperiuntur in Ortelii, Viviani-
que Itinerario, ubi non tantùm
CONOB Constantinopoli obsi-
gnatam, sed & alias literas Tre-
viris,

viris, alibiquè signatam pecuniam ostendere egregiè doceatur. Ex hoc Interpretum dissidio liquet incertam rem esse, & conjecturalem. Postrema tamen hæc explicatio, quæ, ut
Occo Numis.
Imper. in V^a
Lentin. Jun.
Hemmelario
Numis. Imp.
tab. 58. cæteris melior, Hemmelario, & Occoni probatur, nobis quoquè magis arridet.

F I N I S.

3.80



